✠

# ¶ Orationes ad plenū collecte ſummaqꝫ di ligētia emēdate: in ſuper ꝛ alique q̄ per totū annū in ſctā eccle ſia cantan tur. .·.

✠

¶ Cum priuilegio Imperiali.

¶ Dñica p̄ma aduētꝰ. Orō.

Excita queſumus domine potentiam tuā ꝛ veni: vt ab imminentibus peccatorū noſtrorū periculis te mereamur protegente eripi: te liberante ſaluari. Qui viuis ꝛ regnas. Sacra.

Hec ſacra nos domine potēti virtute mūdatos: ad ſui faciant puriores venire principiū. Per do. Poſt cōmu.

Suſcipiamꝰ dñe miſericordiā tuā in medio tēpli tui: vt reparationis nr̄e vētura ſolēnia: cōgruis honoribꝰ p̄cedamus. p. ¶ Dñica. ij. Oratio.

Excita domie corda noſtra ad preparādas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentum purificatis tibi mētibꝰ ſeruire mereamur. Qui tecū viuit ꝛ regnat. Sacra.

Placare q̄s dñe humilitatis nr̄e precibꝰ ꝛ hoſtijs: ꝛ vbi nulla ſuppetūt ſuffragia meritorū: tuis nobis ſuccurre p̄ſidijs. Per. Poſt cō.

Refecti cibo ſpūalis alimonie ſupplices te dñe deprecamur: vt huiꝰ participatione myſterij: doceas nos terrena deſpicere ꝛ amare celeſtia. p.

¶ Dñica tertia. Orō.

Aurem tuā queſumus domine precibus noſtris accōmoda: ꝛ mētis nr̄e tenebras gratia tue viſitationis illuſtra. Qui vi. Sacra

Deuotionis nr̄e tibi queſumus dñe hoſtie iugiter im̄olētur: que ꝛ ſacri peragāt inſtituta myſterij: ꝛ ſalutare tuū nobis mirabiliter operētur. Per dñm. Poſt cōmu.

Imploramus dñe clementiā tuam: vt hec diuina ſubſidia a vitijs expiatos: ad feſta vētura nos p̄parēt. Per.

¶ Feria quarta quattuor tēporum. Oratio.

Preſta queſumꝰ omnipotēs deus: vt redemptionis noſtre vētura ſolemnitas: ꝛ preſentis vite nobis ſubſidia cōferat ꝛ eterne beatitndinis p̄mia largiat̄. Per dominum: Oratio.

Feſtina queſumus domine ne tardaueris: ꝛ auxiliū nobis ſuperne virtutis impēde: vt aduētus tui conſolationibus ſubleuent̄: qui i tua pietate cōfidūt. Qui vi. Sacra.

Accepta tibi ſint q̄s dñe nr̄a ieiunia: que ꝛ expiando nos tua gratia dignos efficiant: ꝛ ad promiſſa ſempiter-

na perducat̄. Per. Poſt cō.
Salutaris tui dn̄e munere
ſaciati ſupplices dep̄camur:
vt cuiuſ letamur guſtu reno
uemur effectu: Per dn̄m.
¶ Feria ſexta. Oratio.
Excita queſum⁹ domie
potētiā ꝛ veni: vt
hi q̄ in tua pietate cōfidunt:
ab omni citius aduerſitate
liberent̄. Qui viuis. Sacra.
Munerib⁹ nr̄is queſumus
dn̄e p̄cibuſq; ſuſceptis: ꝛ ce-
leſtib⁹ nos mūda myſterijs:
ꝛ clemēt̄ exaudi. p. Poſt cō.
Tui nos dn̄e ſacramenti li
batio ſctā reſtauret: ꝛ a vetu-
ſtate purgatos: i myſterij ſa-
lutaris faciat trāſire conſor-
tiū. p. ¶ Sabbato. Oratio.
Deus q̄ conſpicis quia
ex nr̄a prauitate affli-
gimur: concede propitiuſ: vt
ex tua viſitatione cōſolemur
Qui viuis. Oratio.
Concede queſumus omni-
potēs deus: vt qui ſub pecca
ti iugo ex vetuſta ſeruitute
deprimimur: expectata vni-
geniti tui noua natiuitate li-
beremur. Per eundē. Orō.
Indignos nos q̄ſum⁹ dn̄e
famulos tuos: quos actionis
proprie culpa cōtriſtat: vni-
geniti filij tui aduent⁹ letifi-
cet. Qui tecum. Oratio.
Preſta q̄ſumus omp̄s deuſ:
vt filij tui ventura ſolēnitas:
ꝛ preſentis nobis vite reme-
dia cōferat: ꝛ premia eterna
concedat. Per eū. Oratio.
Preces popnli tui queſum⁹
dn̄e clemēter exaudi: vt q̄ iu-
ſte p̄ peccatis noſtris affligi-
mur: pietatis tue viſitatione
cōſolemur. Qui vi. Oratio.
De⁹ q̄ tribus pueris miti-
gaſti flāmas ignium: conce-
de propiti⁹: vt nos famulos
tuos non exurat flāma vitio
rum. Per dominū. Sacra.
Sacrificijs preſentib⁹ dn̄e
queſumus placatus intēde:
vt ꝛ deuotioni noſtre profici
ant: ꝛ ſaluti. Per. Poſt cō.
Queſumus domine de⁹ no
ſter: vt ſacroſancta myſteria:
que pro reparationis noſtre
munimine cōtuliſti: ꝛ p̄ſens
nobis remediū eſſe facias ꝛ
futurū Per dn̄m noſtrū.
¶ Dominica quarta. Orō.
Excita domine potētiam
tuā ꝛ veni: ꝛ magna no
bis virtute ſuccurre: vt p̄ au-
xilium gratie tue: quod no-
ſtra peccata p̄pediunt: indul
gentia tue propitiationis ac

celeret. Qui viuis. Sacra.

Sacrificijs p̄ſentib⁹ dñe q̄ſumus placatus intēde: vt ⁊ deuotioni noſtre proficiāt ⁊ ſaluti. Per. Poſt. cōmu.

Sumptis queſumus domine munerib⁹: vt cū frequētatione myſterij: creſcat nr̄e ſalutis effectus. Per dñm.

¶ In vigilia natal' dñi. Oro.

Deus q̄ nos redēptionis nr̄e ānua expectatione letificas: p̄ſta vt vnigenitū tuū quem redēptorē leti ſuſcipim⁹: veniētē quoq; iudicem ſecuri videamus dñz noſtrū. Qui tecū. Sacra.

Da nobis queſum⁹ omnipotēs deus: vt ſicut adoranda filij tui natalicia preuenimus: ſic eius munera capiamus ſempiterna gaudētes. Qui tecum. Poſt cōmu.

Da nobis domine q̄ſumus vnigeniti filij tui recēſita natiuitate reſpirare: cuius celeſti myſterio paſcimur ⁊ potamur. Per eundez dominū.

¶ Ad gallicantum. Oratio.

Deus qui hāc ſacratiſſimā noctē veri luminis feciſti illuſtratione clareſcere: da queſum⁹: vt cui⁹ lucis myſteria i terra cognouim⁹: ei⁹ quoq; gaudijs in celo pfruamur. Per. Sacra.

Accepta tibi ſit queſumus dñe hodierne feſtiuitatis oblatio: vt tua gr̄a largiēte: p hec ſacroſancta cōmertia: in illius inueniamur forma: in quo tecū eſt noſtra ſubſtātia. Qui tecnm. Poſt cōmu.

Da uobis queſumus dñe deus nr̄: vt q̄ natiuitatē dñi noſtri ieſu xp̄i nos frequētare gaudem⁹: dignis cōuerſationib⁹ ad ei⁹ mereamur p̄uenire cōſortiū. Qui tecum.

¶ In luce. Oratio.

Da queſum⁹ omnipotēs deus: vt qui noua incarnati verbi tui luce perfundimur: hoc in nr̄o reſplēdeat opere quod per fidē fulget in mēte. Per eundē dominum noſtrum. Oratio.

Da queſumus omp̄s deus: vt qui beate anaſtaſie martyris tue ſolēnia colim⁹: eius apud te patrocinia ſētiam⁹. Per dominum. Sacra.

Munera noſtra queſumus dñe natiuitatis hodierne myſterijs apta proueniant: vt ſicut homo genit⁹ idem refulſit de⁹: ſic nobis hec terrena ſubſtantia conferat quod di

uinum eſt. Per eũ. Sacra.
Accipe q̃ſumus dñe munera dignanter oblata: ⁊ beate anaſtaſie ſuffragãtibus meritis: ad nr̃e ſalutis auxiliuȝ ꝑuenire cõcede. p. Poſt cõ.
Hui⁹ nos domine ſacramẽti ſemper nouitas natalis inſtauret: cuius natiuitas ſingularis: humanã repulit vetuſtatẽ. Per eũ. Poſt cõ.
Satiaſti domine familiam tuaȝ muneribus ſacris: eius queſum⁹ interuentione nos refoue: cuius ſolẽnia celebramus. Per dominũ noſtruȝ.

¶ In die. Oratio.
Concede q̃ſumus omnipotẽs deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eundẽ. Sacra.
Oblata domie munera: noua vnigeniti tui uatiuitate ſanctifica: noſq; a peccatorũ noſtroruȝ maculis emunda. Per eundẽ. Poſt cõ.
Preſta queſumus omnipotẽs deus: vt natus hodie ſaluator mũdi: ſicut diuine nobis generationis eſt author: ita ⁊ imortalitatis ſit ipſe largitor. Qui tecum viuit.

¶ Dominica infra octauas natalis domini. Oratio.
Omnipotens ſempiterne de⁹: dirige actus noſtros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare. Per eudem. Sacra.
Concede queſumus dñe: vt oculis tue maieſtatis mun⁹ oblatũ: ⁊ grãm nobis deuotionis obtineat: ⁊ effectuȝ beate peremnitatis acq̃rat. Per dominũ. Poſt cõmu.
Per hui⁹ dñe oꝑationẽ myſterij: ⁊ vitia nr̃a purgentur: ⁊ iuſta deſideria cõpleant. p.

¶ In die circũciſionis. Orõ.
Deus q̇ nos nati ſaluatoris diẽ celebrare cõcedis octauũ: fac nos q̃s eius ꝑpetua diuinitate muniri: cui⁹ ſum⁹ carnali cõmertio reparati. Qui tecũ. Sacra.
Preſta queſumus dñe: vt ꝑ hec munera: que domini noſtri ieſu xp̄i arcane natiuitatis myſterio: gerimus: purificate mẽtis itelligẽtiã cõſequamur. Per eũ. Poſt cõ.
Preſta q̃s dñe: vt qd̓ ſaluatoris nr̄i iterata feſtiuitate percepimus: ꝑpetue nobis redẽptionis cõferat medicinã. p.

¶ In vigil. epipha. dñi. Oro.

Corda noſtra q̄ſumus
domīe vēture feſtiuita
tis ſplēdor illuſtret: quo mū=
di huius tenebris carere va
leamus: ⁊ ꝑueniamus ad pa
triā claritatis eterne. p. Sa.
Tribue queſum⁹ domine:
vt eum preſentibus immole
mus ſacrificijs: ⁊ ſumamus
quē vēture ſolemnitatis pia
munera ꝓloquuntur. Domi
num noſtrum. Poſt com.
Illumina q̄ſumus dñe po=
pulum tuū: ⁊ ſplendore gra
tie tue cor eius ſemper accen
de: vt ſaluatorem ſuum ⁊ in=
ceſſanter agnoſcat: ⁊ veraci=
ter apprehendat ieſum chri=
ſtū filiū tuū. Qui tecū viuit.

¶ In die epiphanie. Oro

DEus qui hodierna die
vnigenitū tuū gētib⁹
ſtella duce reuelaſti: cōcede
ꝓpiti⁹: vt qui iā te ex fide co=
gnouim⁹: vſq; ad contēplan
daz ſpeciem tue celſitudinis
perducamur. per. Sacra.
Eccleſie tue queſumus dñe
dona ꝓpiti⁹ intuere: quibus
nō iam aurū thus ⁊ myrrha
profert: ſed qd eiſdē muneri
b⁹ declarat immolatur ⁊ ſu
mitur. per. Poſt com.
Preſta queſumus omnipo
tens deus: vt q̄ ſolēni celebra
mus officio: purificate men
tis itelligētia ꝯſequamur. p.

¶ Dominica infra octauas
epiphanie. Oratio.

Vota queſumus domi
ne ſupplicātis popu=
li celeſti pietate ꝓſequere: vt
⁊ q̄ agenda ſunt videāt: ⁊ ad
implēda que viderint conua
leſcant. per dñm. Sacra.
Oblatuz tibi domine ſacrifi
cium viuificet nos ſemper ⁊
muniat. per dñm. Poſt cō.
Supplices te rogamus om
nipotens deus: vt quos tuis
reficis ſacramētis: tibi etiaz
placitis morib⁹ dignāter de
ſeruire concedas. per dñz.

¶ In octauis epipha. Oro.

DEus cui⁹ vnigenitus
i ſubſtātia nr̄e carnis
apparuit: p̄ſta q̄s vt per eum
quē ſimilē nobis foris agno=
uim⁹: int⁹ reformari merea
mur. Qui tecum. Sacra.
Hoſtias tibi dñe ꝓ nati filij
tui apparitione deferimus:
ſuppliciter exorantes: vt ſi=
cut ipſe noſtrorū author eſt
munerum: ita ipſe ſit miſeri
cors ⁊ ſuſceptor ieſus xp̄s do
minus nr̄. Qui te. Poſt cō.

Celeſti lumine queſumus
dñe ſemp̄ ⁊ vbiq; nos preue-
ni: vt myſterium: cuius nos
participes eſſe voluiſti: ⁊ pu
ro cernam⁹ intuitu: ⁊ digno
percipiamus effectu. per.
¶ Dñica ſecunda poſt octa-
uas epiphanie. Oratio.
Omnipotens ſempiterne de⁹:
q̄ celeſtia ſimul ⁊ terre
na moderaris: ſupplicatiões
populi tui clemēter exaudi:
⁊ pacem tuā noſtris concede
tēporibus. per. Sacra.
Oblata domine munera ſan
ctifica: noſq; a peccatorū no-
ſtrorū maculis emunda. per
dñm noſtrum. Poſt cō.
Augeatur in nobis domīe
queſum⁹ tue virtutis opera
tio: vt diuinis vegetati ſacra
mentis: ad eorū promiſſa ca-
pienda tuo munere prepare
mur. Per dominū noſtrū.
¶ Dominica tertia. Orō.
Omnipotens ſempiter
ne deus: infirmitatem
noſtrā propitius reſpice: atq;
ad protegendū nos dexterā
tue maieſtatis extende. per
dominū noſtrum. Sacra.
Hec hoſtia dñe queſumus
emundet noſtra delicta: ⁊ ad
ſacrificium celebrādum ſub
ditorum tibi: corpa mēteſq;
ſanctificet. per dominum
noſtrum. Poſt cō.
Quos tantis domine largi
ris vti myſterijs: queſumus
⁊ effectibus eorum veraciter
aptare digneris. per dñm.
¶ Dominica quarta. Orō.
Deus qui nos in tātis
periculis conſtitutos
pro humana ſcis fragilitate
non poſſe ſubſiſtere: da no-
bis ſalutem mentis ⁊ corpo-
ris: vt ea que ꝑ peccatis nr̄is
patimur: te adiuuante vinca
mus. per dominū. Sacra.
Concede q̄ſumus omnipo
tēs deus: vt huius ſacrificij
mun⁹ oblatū fragilitatē no-
ſtram ab omni malo purget
ſemp̄ ⁊ muniat. p. Poſt cō.
Munera tua nos deus a de
lectationib⁹ terrenis expedi
ant: ⁊ celeſtibus ſemp̄ inſtru
ant alimētis. per dominū.
¶ Dominica quinta. Orō.
Familiā tuā queſumus
domine continua pie-
tate cuſtodi: vt que in ſola ſpe
gratie celeſtis innititur: tua
ſemper protectione munia-
tur. Per dñm. Sacra.
Hoſtias tibi dñe placatiõis
offerim⁹: vt ⁊ delicta nr̄a mi

ſeratus abſoluas: ⁊ nutātia corda tu dirigas. p. Poſt cō. Queſumus omnipotēs deus: vt illius ſalutaris capiamꝰ effectū: cuius per hec myſteria pignꝰ accepimus. per.

¶ Dominica ſexta. Oratio.

CONſerua queſumꝰ domine populum tuuꝫ: ⁊ nomini tuo fac deuotum / vt diuinis ſubiectus officijs: ⁊ temporaliter viuat: ⁊ eterna dona percipiat. per. Sacra. Hec nos oblatio q̄s dn̄e mūdet: ⁊ renouet: gubernet ⁊ ꝓtegat. per. Poſt cō. Celeſtibꝰ paſti delitijs queſumus domine: vt ſemper viuendo: per que veraciter viuamus: appetamꝰ. per dn̄ꝫ.

¶ Dominica in. lxx. Orō.

PReces populi tui queſumus domine clementer exaudi: vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur: ꝓ tui nominis gloria miſericorditer liberemur. per. Sacra. Muneribus noſtris q̄ſumꝰ domine p̄cibuſq; ſuſceptis: ⁊ celeſtibus nos munda myſterijs: ⁊ clementer exaudi. per dominum. Poſt cō. Fideles tui deus per tua dona firmētur. vt eadē ⁊ percipiendo requirant / ⁊ querendo ſine fine percipiant. per.

¶ Dominica in. lx. Orō.

DEus q̄ conſpicis quia ex nulla noſtra actiōe confidimus / concede propitius: vt contra aduerſa omnia: doctoris gentiū ꝓtectione muniamur. p. Sacra. Oblatū tibi domine ſacrificium viuificet nos ſemper: ⁊ muniat. per. Poſt cō. Supplices te rogamus omnipotēs deus: vt quos tuis reficis ſacramētis / tibi etiaꝫ placitis moribꝰ dignanter deſeruire concedas. per dn̄m.

¶ Dn̄ica i q̄nq̄geſima. orō.

PReces nr̄as queſumus dn̄e clementer exaudi: atq; a peccatorum vinculis abſolutos: ab omni nos aduerſitate cuſtodi. p. Sacra. Hec hoſtia dn̄e q̄ſumꝰ emūdet noſtra delicta: ⁊ ad ſacrificiuꝫ celebrandum: ſubditorum tibi: corpa menteſq; ſanctificet. per. Poſt cō. Queſumus omnipotens deus: vt qui celeſtia alimenta ꝑcepimus: per hec cōtra oīa aduerſa muniamur. per.

¶ Feria quarta in capite ieiunij. Oratio.

PResta domine fidelibus tuis: vt ieiuniorum venerãda solẽnia: ⁊ cõgrua pietate ſuſcipiãt: ⁊ ſecura deuotione percurrãt. p. Sacra.

Fac nos queſumꝰ dñe his muneribus offerendis cõueniẽter aptari: q̃bus ipſius venerabilis ſacramẽti celebramus exordiũ. per. Poſt cõ.

Percepta nobis dñe p̃beant ſacramẽta ſubſidium: vt ⁊ tibi grata ſint nr̃a ieiunia: ⁊ nobis ꝓficiãt ad medelã. p. Sup populũ. Oratio.

Inclinãtes ſe domine maieſtati tue ꝓpitius intẽde: vt qui diuino munere ſunt refecti: celeſtibus ſemꝑ nutriãtur auxilijs. per dominum.

¶ feria quinta. Oratio.

DEus q̃ culpa offenderis: penitentia placaris: p̃ces populi tui ſupplicãtis ꝓpitius reſpice: ⁊ flagella tue iracũdie que ꝓ peccatis nr̃is iuſte meremur auerte. per dominum. Sacra.

Sacrificijs preſentibus dñe queſumus placatꝰ intende: vt ⁊ deuotioni noſtre proficiant ⁊ ſaluti. per. Poſt cõ.

Celeſtis doni bñdictione ꝑcepta: ſupplices te deꝰ omnipotens deprecamur: vt hoc idẽ nobis ⁊ ſacramẽti cauſa ſit: ⁊ ſalutis. per dominum. Super populum. Oratio.

Parce domĩe: parce populo tuo: vt dignis flagellationibus caſtigatꝰ: in tua miſeratione reſpiret. per dñm.

¶ feria ſexta. Oratio.

INchoata ieiunia q̃ſumꝰ dñe benigno fauore ꝓſequere: vt obſeruãtiam quã corꝑaliter exhibemus: mẽtibꝰ etiam ſynceris exercere valeamus. p. Sacra.

Sacrificiũ dñe obſeruãtie paſchalis offerimꝰ: p̃ſta q̃ſumus: vt ⁊ tibi mẽtes noſtras reddat acceptas: ⁊ continentie ꝓmptioris: nobis tribuat facultatem. p. Poſt cõ.

Spiritũ nobis dñe charitatis ĩfunde: vt quos vno celeſti pane ſatiaſti: tua facias pietate concordes. per. d. in vnitate eiuſ. Sup ppl'z. orõ.

Tuere dñe populũ tuum: ⁊ ab omnibus peccatis clemẽter emũda: quia nulla ei nocebit aduerſitas: ſi nulla dominetur iniquitas. per.

Sabbato. Oratio.

ADeſto dñe ſupplicationibus noſtris ⁊ conce-

de: vt hoc ſolẽne ieiuniũ qđ
animis corpibuſq; curandis
ſalubriter inſtitutum eſt: de
uoto ſeruitio celebremus:
Per dominũ nrm̃. Sacra.
Prepara nos queſumus do
mine huius abſtinentie feſti
uis officijs: vt hec ſacrificia
venerãda ſobrijs ſemꝑ mẽti
bus celebremus. ꝑ. Poſt cõ.
Celeſtis vite munere vege
tati: qſumꝰ dñe: vt qđ eſt no
bis in preſenti vita myſteriũ:
fiat eternitatis auxilium. ꝑ.
Super populũ. Oratio.
Hac nos qſumus dñe ſalu-
tis noſtre cauſas: ⁊ deuotis
ſemꝑ frequẽtare ſeruitijs: ⁊
deuotione recolere pricipali
ter inchoatas. per dominũ.

¶ Dominica prima in
quadrageſima. Orõ.

Deus qui eccleſiã tuaꝫ
annua quadrageſima
li obſeruatiõe purificas: pre
ſta familie tue: vt quod a te
obtinere abſtinendo nititur:
hoc bonis operibus exequaẗ.
Per dominum. Sacra.
Sacrificiuꝫ qdrageſimalis
initij ſolẽniter imolamus: te
dñe deprecãtes: vt cũ epula-
rum reſtrictione carnalium:
a noxijs quoq; voluptatibus
tẽperemur. ꝑ. Poſt cõ.
Tui nos domine ſacramẽ-
ti libatio ſancta reſtauret: ⁊
a vetuſtate purgatos ĩ myſte
rij ſalutaris faciat trãſire cõ-
ſortiuꝫ. per dominum nrm̃.

¶ Feria ſecunda. Oratio.

Conuerte nos deus ſa
lutaris noſter: ⁊ vt no
bis ieiuniũ qdrageſimale ꝓ-
ficiat: mentes noſtras celeſti
bus inſtrue diſciplinis. Per
dominũ noſtrũ. Sacra.
Munera tibi dñe oblata ſan
ctifica: noſq; a peccatorũ no-
ſtrorũ maculis emũda. Per
dominũ noſtrum. Poſt cõ.
Salutaris tui domine mu-
nere ſatiati: ſupplices te ro-
gamꝰ: vt cuiꝰ letamur guſtu:
renouemur effectu. ꝑ dñm.

¶ Super populũ. Orõ.

Abſolue queſumꝰ domine
noſtrorũ vincula peccatoruꝫ:
⁊ quicquid pro eis meremur
propitius auerte. Per dñm.

¶ Feria tertia. Oratio.

Reſpice dñe familiam
tuam ⁊ preſta: vt apud
te mẽs noſtra tuo deſiderio
fulgeat: que ſe carnis mace-
ratione caſtigat. ꝑ. Sacra.
Oblatis queſumus domine
placare muneribꝰ: ⁊ a cũctis

nos defēde piculꝫ.ꝑ. Poſt cō.
Quesumus omnipotēs de-us: vt illi⁹ ſalutaris capiam⁹ effectū: cuius per hec myſte-ria pignus accepimus. per.
¶ Super populum. Orō
Aſcendant ad te preces nr̄e: ⁊ ab eccleſia tua cunctam re-pelle nequiciā. Per dn̄m.
¶ feria quarta. Oratio,
Preces nr̄as queſum⁹ domīe clemēter exau-di: ⁊ cōtra cūcta nobis aduer ſantia: dexteraꝫ tue maieſta tis extende. per. Oratio.
Deuotionē populi tui que ſumus domine benignus in tende: vt qui per abſtinentiā macerant̄ in corpore: per fru ctū boni operis reficiant̄ in mēte. per dominū. Sacra.
Hoſtias tibi domīe placatio nis offerim⁹: vt ⁊ delicta no-ſtra miſerat⁹ abſoluas: ⁊ nu-tantia corda tu dirigas. per dominū nr̄m. Poſt cō.
Tui dn̄e perceptione ſacra mēti ⁊ a noſtris mundemur occultis: ⁊ ab hoſtium libe-remur inſidijs. Per dn̄m
Super populum. Oratio.
Mētes noſtras queſum⁹ do mine lumine tue claritatis il luſtra: vt videre poſſimus q̄ agēda ſunt: ⁊ que recta ſunt agere valeamus. Per dn̄z.
¶ feria quinta. Oratio.
Deuotionē populi tui queſum⁹ domine be-nignus intēde: vt qui per ab ſtinentiam macerātur in cor pore: per fructū boni operis reficiant̄ in mēte. ꝑ. Sacra.
Sacrificia dn̄e queſumus propitius iſta nos ſaluent: q̄ medicinalibus ſunt inſtitu-ta ieiunijs. per. Poſt cō.
Tuorū nos dn̄e largitate donorū: ⁊ tēporalibus attolle preſidijs: ⁊ renoua ſempiter-nis. ꝑ. Sup populū. Orō
Da queſum⁹ domīe popu-lis xp̄ianis: ⁊ que profitent̄ agnoſcere: ⁊ celeſte mun⁹ di ligere: quod frequentant. ꝑ.
¶ feria ſexta. Oratio.
Eſto domine propitius plebi tue: ⁊ quā tibi fa-cis eſſe deuotaꝫ: benigno re-foue miſeratus auxilio. per dominū noſtrū. Sacra.
Suſcipe queſumus domi-ne munera noſtre oblata ſer uitutis: ⁊ tua ꝓpitius dona ſanctifica. per. Poſt cō.
Per huius domine opatio-nem myſterij: ⁊ vitia noſtra purgentur: ⁊ iuſta deſideria

compleãtur. Per dominũ.
Super populum. Oratio.
Exaudi nos miſericors de=
us: ⁊ mẽtibus nr̃is: gratie tue
lumẽ oſtẽde. Per dominũ
¶ Sabbato. Oratio.
Populuz tuũ dñe que=
ſum⁹ ꝓpitius reſpice:
atq; a b eo flagella tue iracũ=
die clemẽter auerte. p. Orõ.
Deus q̃ nos in tãtis pericu
lis cõſtitutos: ꝑ humana ſcis
fragilitate nõ poſſe ſubſiſte=
re: da nobis ſalutẽ mentis ⁊
corporis: vt ea que pro pecca
tis noſtris patimur: te adiu=
uãte vicamus. Per. Oratio.
Protector noſter aſpice de=
us: vt q̃ malorũ noſtrorũ põ=
dere p̃mimur: precepta mi=
ſericordia: libera tibi mente
famulemur. Per. Oratio.
Adeſto q̃ſumus dñe ſuppli=
cationib⁹ noſtris: vt eſſe me=
reamur te largiẽte: ⁊ inter ꝓ
ſpera humiles: ⁊ inter aduer
ſa ſecuri. Per dñm. Oratio.
Preces populi tui queſum⁹
domine clemẽter exaudi: vt
qui iuſte pro peccatis noſtris
affligimur: pro tui nominis
gloria miſericorditer libere=
mur. Per dominũ. Oratio.
Deus qui trib⁹ pueris miti
gaſti flãmas ignium: cõcede
propiti⁹: vt nos famulos tu=
os non exurat flamma vitio=
rum. Per dñm. Sacra.
Preſentib⁹ ſacrificijs domi
ne ieiunia noſtra ſanctifica:
vt qđ obſeruãtia noſtra ꝓfi=
tetur extrinſec⁹: interi⁹ ope=
retur. Per dñm. Poſt cõ.
Sãctificationibus tuis oĩps
deus: ⁊ vitia noſtra curẽtur:
⁊ remedia nobis eterna pro=
ueniãt. p. Sup populũ. Orõ.
Familiaz tuam queſumus
domine propitius illuſtra: vt
beneplacitis morib⁹ inherẽ=
do: cũcta q̃ bona ſunt merea=
tur accipere. Per dominũ.
¶ Dñica ſecunda. Oratio.
Deus qui cõſpicis om=
ni nos virtute d̃ſtitui:
interius exteriuſq; cuſtodi:
vt ⁊ ab omnibus aduerſitati
bus muniamur in corpore: ⁊
a prauis cogitationibus mũ
demur in mẽte. p. Poſt cõ.
Sacrificijs preſentib⁹ dñe
queſumus intende placatus
vt ⁊ deuotioni noſtre profici
ant ⁊ ſaluti. per. Sacra.
Supplices te rogamus om
nipotens deus: vt quos tuis
reficis ſacramẽtis. tibi etiaz
placitis morib⁹ dignãter de

ſeruire concedas. Per dñz.

¶ Feria ſecunda. Oratio.

Preſta queſumus omnipotẽs deus: vt familia tua q̃ ſe affligendo carne: ab alimẽtis abſtiet ſectãdo iuſticiã a cl'pa ieiunet. p. Sač.

Hec hoſtia domie placationis ⁊ laudis: tua nos propiciatiõe dignos efficiat. Per dominum. Poſt cõmu.

Hec nos cõmunio domine purget a crimie: ⁊ celeſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per do. Sup populũ. Orõ.

Adeſto ſupplicatiõib⁹ nr̃is omnipotens deus: ⁊ quibus fiduciam ſperande pietatis indulges: conſuete miſericordie tribue benign⁹ effectũ. p.

¶ Feria tertia. Oratio.

Perfice q̃ſumus domine benignus in nobis obſeruãtie ſancte ſubſidium vt que: te auctore faciẽda cognouimus: te operante impleamus. Per. Sacra.

Sãctificationez tuã ꝗnobis domine ijs myſterijs placatus operare: q̃ nos ⁊ a terrenis purget vitijs: ⁊ ad celeſtia dona perducat. p. Poſt. cõ.

Ut ſacris dñe reddamur digni muneribus: fac nos q̃ſum⁹ tuis ſemper obedire mãdatis. p. Sup populũ. Orõ.

Propitiare dñe ſupplicationibus noſtris: ⁊ animarũ noſtrarũ medere lãguorib⁹. vt remiſſiõe ꝑcepta: in tua ſemper benedictione letemur. p.

¶ Feria quarta. Oratio.

Populũ tuũ dñe propicius reſpice: ⁊ quos ab eſcis carnalibus precipis abſtinere: a noxijs quoq; vitijs ceſſare cõcede. Per. Sacra.

Hoſtias dñe quas tibi offerimus ꝓpitius reſpice: ⁊ ꝑ hec ſancta cõmertia: vincula peccatoruz noſtrorum abſolue. Per. Poſt commu.

Sumptis dñe ſacramentis ad redẽptionis eterne q̃s ꝓficiamus augmẽtũ. Per.

Super populum. Oratio.

Deus innocẽtie reſtitutor ⁊ amator: dirige ad te tuorum corda ſeruorũ. vt ſpiritus tui feruore cõcepto: ⁊ in fide inueniãtur ſtabiles: ⁊ in opere efficaces. Per dñm. in vnitate eiuſdem. ¶ Feria. v. Orõ.

Preſta nobis domine q̃ſum⁹ auxiliũ gratie tue vt ieiunijs ⁊ orationibus cõuenieter intẽti: liberemur ab hoſtibus mentis ⁊ corpo-

ris. Per dominum. Sacra.
Preſenti ſacrificio: nomini
tuo: nos dñe ieiunia dicata
ſctificēt: vt quod obſeruãtia
nr̃a ꝓfitet exterius: interius
operet effectus. p. Poſt cõ.
Gratia tua nos queſumus
dñe non derelinquat: q̃ ⁊ ſa-
cre nos deditos faciat ſerui-
tuti: ⁊ tuã nobis opē ſemꝑ ac
q̄rat. p. Supꝑ populũ. Or̃o.
Adeſto dñe famulis tuis: ⁊
ꝑpetuã benignitatē largire
poſcētib⁹: vt his qui te aucto
re ⁊ gubernatore gloriantur:
⁊ congregata reſtaures: ⁊ re
ſtaurata cõſerues. Per dñz.

¶ Feria ſexta. Oratio.

Da queſum⁹ omnipo-
tens de⁹: vt ſacro nos
purificante ieiunio: ſynceris
mētib⁹ ad ſctã vētura facias
ꝑuenire. Per dñm. Sacra.
Hec in nobis ſacrificia de⁹
⁊ actione ꝑmaneãt ⁊ oꝑatio
ne firment. Per. Poſt cõ.
Hac nos queſumus dñe ac-
cepto pignore ſalutis eterne:
ſic tendere cõgruenter: vt ad
eã ꝑuenire poſſimus. Per.
Super populum. Oratio.
Da q̄ſum⁹ dñe populo tuo
ſalutem mētis ⁊ corporis: vt
bonis operibus inherēdo: tue
ſemper virtutis mereatur ꝓ
tectione defendi. Per dñz.

¶ Sabbato. Oratio.

Da queſumus dñe no-
ſtris effectum ieiunijs
ſalutarē: vt caſtigatio carnis
aſſumpta: ad noſtrarũ vege-
tationem tranſeat animarũ.
Per dominũ. Poſt cõmu.
Sacramēti tui dñe diuina
libatio: penetralia nr̃i cordis
infundat: ⁊ ſui participes po
tenter efficiat. Per dñm
Super populum. Oratio.
Familiã tuã queſumus do
mine continua pietate cuſto
di: vt que ĩ ſola ſpe gratie ce-
leſtis innititur: celeſti etiã ꝓ
tectione muniat. Per dñz.

¶ Dominica tertia. Or̃o.

Queſum⁹ omnipotens
deus vota humiliũ re
ſpice: atq; ad defenſionem
noſtram dexteram tue maie
ſtatis extēde. Per. Sacra.
Hec hoſtia dñe queſumus
emũdet nr̃a delicta: ⁊ ad ſa-
crificiũ celebrandũ: ſubdito-
rum tibi corpa menteſq; ſan
ctificet. Per dñm. Poſtcõ.
A cũctis nos domine reati
bus ⁊ periculis ꝓpitius ab-
ſolue: quos tãti myſterij tri-
buis eſſe participes. Per.

¶ Feria ſecunda. Oratio.

Cordib⁹ noſtris queſumus: dñe grãm tuã benign⁹ īfunde: vt ſicut ab eſcis corꝑalib⁹ abſtinem⁹: ita ſenſus quoqꝫ nr̃os a noxijs retrahamus exceſſib⁹. ꝑ. Sacra.

Mun⁹ quod tibi dñe noſtre ſeruitutis offerimus: tu ſalutare nobis perfice ſacramentum. Per dñz. Poſt cõmu.

Preſta queſumus omnipotẽs ꝛ miſericors deus: vt que ore cõtigimus pura mẽte capiam⁹. Per dominũ nr̃m.

Super populum. Oratio.

Subueniat nobis dñe miſericordia tua: vt ab imminẽtibus peccatorũ nr̃orum periculis: te mereamur ꝓtegẽte eripi: te liberante ſaluari. ꝑ.

¶ Feria tertia. Oratio.

Exaudi nos omnipotẽs ꝛ miſericors de⁹: ꝛ cõtinẽtie ſalutaris propiti⁹ nobis dona cõcede. ꝑ. Sacra.

Per hec veniat q̃s domine ſacramenta: noſtre redẽptionis effectus: qui nos ꝛ ab humanis retrahat exceſſibus: ꝛ ad ſalutaria cuncta perducat. Per dñm. Poſt cõmu.

Sacris dñe myſterijs expiati: ꝛ veniã cõſequamur ꝛ gratiã. ꝑ. Sup populũ. Oratio.

Tua nos domĩe protectione defende: ꝛ ab omni ſemper iniq̃tate cuſtodi. Per.

¶ Feria quarta. Oratio.

Preſta nobis dñe q̃sum⁹ vt ſalutaribus ieiunijs eruditi: a noxijs quoqꝫ vitijs abſtinentes: propitiationeꝫ tuam facilius impetremus. Per dominum. Sacra.

Suſcipe queſem⁹ domine preces populi tui cũ oblationibus hoſtiarum: ꝛ tua myſteria celebrãtes ab oĩb⁹ nos defende ꝑiculis. ꝑ. Poſt cõ.

Sãctificet nos dñe qua paſti ſumus menſa celeſtis: ꝛ a cũctis errorib⁹ expiatos: ſupernis ꝓmiſſionibus reddat acceptos. Per dominum.

Super populũ. Oratio.

Cõcede queſum⁹ omnipotẽs deus: vt qui protectionis tue gratiaꝫ querim⁹: liberati a malis omnib⁹: ſecura tibi mẽte ſeruiam⁹. Per dñz.

¶ Feria quinta. Oratio.

Concede queſum⁹ omnipotẽs de⁹: vt ieiuniorum nobis ſancta deuotio: ꝛ purificationẽ tribuat: ꝛ maieſtati tue nos reddat acceptos. Per dñm. Sacra.

Efficiatur hec hoſtia q̄ſumus domine ſolemnib⁹ grata ieiunijs: ⁊ vt tibi fiat acceptior: purificatis mētib⁹ immoletur. Per. Poſt comu.
Sacramēti tui domine venerāda perceptio: ⁊ myſtico nos mundet effectu: ⁊ perpetua v̄tute defendat. Per.
Super populum. Oratio.
Subiectū tibi populuz q̄ſumus dn̄e propitiatio celeſtis amplificet: ⁊ tuis faciat ſemper ſeruire mādatis. Per do.
¶ Feria ſexta. Oratio.
Ieiunia noſtra q̄ſumus domine beniguo fauore ꝓſeq̄re: vt ſicut ab alimentis abſtinemus in corꝑe: ita ⁊ a vitijs ieiunemus in mente. Per dominum. Sacra.
Reſpice dn̄e ꝓpitius ad munera que ſacramus: vt ⁊ tibi grata ſint: ⁊ nobis ſalutaria ſemꝑ exiſtāt. Per. Poſt cō.
Hui⁹ nos dn̄e perceptio ſacramēti mundet a crimine: ⁊ ad celeſtia regna perducat. Per do. Suꝑ populū. Orō.
Preſta queſumus omnipotēs deus. vt qui in tua protectione cōfidimus: cūcta nobis aduerſantia te adiuuāte vincam⁹. Per dn̄m noſtrū.
¶ Sabbato. Oratio.
Preſta queſumus omnipotēs de⁹: vt qui ſe affligēdo carnem ab alimentis abſtinent: ſectando iuſtitiā a cl'pa ieiunēt. P. Sacra.
Concede queſumus omnipotēs deus: vt huius ſacrificij munus oblatum: fragilitatē n̄raz ab omni malo purget ſemꝑ ⁊ muniat. Per dominū noſtrū. Poſt cōmu.
Queſum⁹ omnipotēs de⁹: vt inter eius mēbra numeremur: cuius corpus cōmunicamus ⁊ ſanguinē. Per do.
Super populū. Oratio.
Pretēde dn̄e fidelibus tuis dexterā celeſtis auxilij: vt te toto corde perquirant: ⁊ que digne poſtulāt conſequi mereātur. Per dn̄m noſtrum.
¶ Dn̄ica quarta. Oratio.
Concede queſumus omnipotēs deus: vt qui ex merito noſtre actionis affligimur: tue gratie conſolatione reſpirem⁹. Per. Sacra.
Sacrificijs preſentib⁹ dn̄e queſumus placatus intēde: vt ⁊ deuotioni noſtre proficiāt ⁊ ſaluti. Per. Poſt cō.
Da nobis miſericors deus: vt ſancta tua quib⁹ inceſſan

ter explemur: ⁊ ſynceris tra-
ctem⁹ obſequijs ⁊ fideli ſem
per mẽte ſumamus. per.
¶ Feria ſecunda. Oratio.
PReſta queſumus om
nipotẽs de⁹: vt obſer-
uationes ſacras ãnua deuo-
tione recolentes: ⁊ corꝑe tibi
placeam⁹ ⁊ mẽte. ꝑ. Sacra.
Oblatuz tibi domine ſacriſi
cium viuificet nos ſemper ⁊
muniat. per. Poſt cõ.
Sumptis dñe ſalutaribus
ſacramẽtis: ad redẽptionis
eterne queſum⁹ proficiam⁹
augmẽtum. Per dominuz.
Super populum. Oratio.
Deprecationẽ nr̃am queſu
mus dñe benign⁹ exaudi: ⁊
quibus ſupplicãdi preſtas af
fectũ: tribue defenſionis au-
xiliũ. ꝑ. ¶ Feria tertia. Orõ.
SAcre nobis dñe q̃s ob
ſeruationis ieiunia: ⁊
pie cõuerſationis augmẽtũ:
⁊ tue ꝓpitiationis continuũ
preſtent auxiliũ. ꝑ. Sacra.
Hec hoſtia domine q̃ſum⁹
emundet noſtra delicta: ⁊ ad
ſacrificiũ celebrãdum: ſubdi
torum tibi corpora menteſq́
ſanctificet. ꝑ. Poſt cõ.
Huius nos dñe perceptio ſa
cramenti mũdet a crimine: ⁊
ad celeſtia regna ꝑducat. ꝑ.
Super populum. Oratio.
Miſerere dñe ppl'o tuo: ⁊ cõ
tinuis tribulationib⁹ laborã
tẽ ꝓpiti⁹ reſpirare cõcede. ꝑ.
¶ Feria quarta. Oratio.
DEus q̇ ⁊ iuſtis p̃mia
meritorũ: ⁊ peccatori-
bus ꝑ ieiuniũ veniam p̄bes:
miſerere ſupplicib⁹ tuis: vt
reatus noſtri confeſſio indul
gentiam valeat percipere de
lictorum. Per. Oratio.
Preſta queſum⁹ oꝑs deus:
vt quos ieiunia votiua caſti-
gant: ipſa deuotio quoq́ ſan
cta letificet: ⁊ terrenis affe-
ctibus mitigatis: facilius ce
leſtia capiam⁹. ꝑ. Sacra.
Supplices te dñe rogam⁹:
vt his ſacrificijs peccata no
ſtra mundent: quia tũc verã
nobis tribues mẽtis ⁊ corpo
ris ſanitatem. ꝑ. Poſt cõ.
Sacramenta q̃ ſumpſimus
dñe deus noſter: ⁊ ſpũalibus
nos repleãt alimẽtis: ⁊ corpo
ralibus tueantur auxilijs. ꝑ.
Super populum. Oratio.
Pateant aures miſericor-
die tue dñe precib⁹ ſupplicã-
tiũ: ⁊ vt petentibus deſidera
ta concedas: fac eos que tibi
ſunt placita poſtulare. Per.

¶ Feria quinta. Oratio.

Preſta queſumus omnipotẽs deꝰ: vt quos ieiunia votiua caſtigant ipſa quoq; deuotio ſctã letificet: vt terrenis affectibꝰ mitigatis: facilꝰ celeſtia capiamus. Per dominum. Sacra.

Purifica nos miſericors deus: vt eccleſie tue preces que tibi grate ſunt: pia munera deferẽtes: fiãt expiatis mentibꝰ gratiores. p. Poſt cõ.

Celeſtia dona capiẽtes queſumus domine: non ad iudicium peruenire patiaris: q̃ fidelibꝰ tuis ad remediũ prouidiſti. Per dñm noſtrum. Super populum. Oratio.

Populi tui deꝰ inſtitutor ⁊ rector: peccata quibus ipugnatur expelle: vt ſemꝑ tibi placitus ⁊ tuo munimine ſit ſecurꝰ. Per dominũ noſtrũ.

¶ Feria ſexta. Oratio.

Deꝰ q̃ ineffabilibꝰ mũdum renouas ſacramẽtis: preſta queſumꝰ: vt eccleſia tua ⁊ eternis ꝓficiat inſtitutis: ⁊ tẽporalibꝰ nõ deſtituatᷣ auxilijs. Per. Sacra.

Munera nos dñe queſumꝰ oblata purificẽt: ⁊ nobis iugiter faciant eſſe placatum. Per dominum. Poſt cõ.

Hec nos queſumus dñe participatio ſacramẽti: ⁊ a ꝓprijs reatibꝰ indeſinenter expediat: ⁊ ab omnibus tueatᷣ aduerſis. Per dñm noſtrum. Suꝑ populũ. Oratio.

Da queſumus omnipotẽs deus: vt qui infirmitatis nr̃e conſcij de tua virtute confidimus: ſub tua ſemꝑ pietate gaudeamꝰ. Per dominuȝ.

¶ Sabbato. Oratio.

Fiat queſumus dñe per gratiã tuã fructuoſus noſtre deuotionis affectꝰ: qꝛ tũc nobis proderũt ſuſcepta ieiunia: ſi tue ſint placita pietati. Per dñm. Sacra.

Oblationibus queſumꝰ domine placare ſuſceptis: ⁊ ad te nr̃as etiam rebelles cõpelle propitius volũtates. Per dominũ nr̃m. Poſt cõ.

Tua nos dñe queſumꝰ ſancta purificẽt: ⁊ operatione ſua tibi faciãt eſſe ꝺuotos. Per. Suꝑ populũ. Oratio.

Deus q̃ ſperãtibꝰ in te miſereri potiꝰ eligis q̃ʒ iraſci: da nobis digne flere mala q̃ facimꝰ: vt tue cõſolationis gratiã inuenire valeamꝰ. Per.

¶ Dñica i paſſione. Orõ.

Quesumus oḿps deus: fa protectione defendi. Per.
miliam tuam ꝓpitius
reſpice: vt te largiente rega-
tur in corpe: ⁊ te ſeruante cu
ſtodiatur in mēte. p. Sacra.
Hec munera q̄ſumus domi
ne ⁊ vicula noſtre prauitatis
abſoluāt: ⁊ tue nobis miſeri-
cordie dona concilient. Per
dominū noſtrū. Poſt cō.
Adeſto nobis dn̄e deus nr̄
⁊ quos tuis myſterijs recrea
ſti: ꝑpetuis ďfende ꝑſidijs. p.
¶ Feria ſecunda. Oratio.
Sanctifica queſumus do
mine noſtra ieiunia ⁊
cūctarū nobis propitius indul
gentiam largire culparum.
Per dominū nr̄m. Sacra.
Concede nobis queſumus
dn̄e deus noſter: vt hec ho-
ſtia ſalutaris ⁊ noſtrorū fiat
purgatio delictoruz: ⁊ tue ꝓ-
pitiatio maieſtatis. Per do-
minū noſtrum. Poſt cō.
Sacramenti tui queſumus
dn̄e participatio ſalutaris: ⁊
purificationē nobis prebeat
⁊ medelam. Per dominuz.
Super populum. Oratio.
Da queſumus domine po-
pulo tuo ſalutē mentis ⁊ cor-
poris: vt bonis operibus inhe
rendo: tua ſemper mereatur

protectione defendi. Per.
¶ Feria tertia. Oratio.
Noſtra tibi queſumus
dn̄e ſint accepta ieiu-
nia: q̄ nos ⁊ expiādo gr̄a tua
dignos efficiant: ⁊ ad reme-
dia ꝑducāt eterna. p. Sacra.
Hoſtias tibi dn̄e deferimus
imolādas: que temporali cō-
ſolatione nos ſic letificēt: vt
promiſſa certius ſperemus
eterna. Per. Poſt cō.
Da queſumus omnipotēs
deus: vt que diuina ſint iugi
ter exequētes: donis merea-
mur celeſtibus ꝓpinquare. p.
Super populum. Oratio.
Da nobis queſumus dn̄e ꝑ-
ſeuerantem in tua voluntate
famulatū: vt in diebus nr̄is
⁊ merito ⁊ numero populus
tibi ſeruiēs augeatur. Per.
¶ Feria quarta. Oratio.
Sanctificato hoc ieiu-
nio deus tuorū corda fi-
deliū miſerator illuſtra: ⁊ q̄-
bus deuotionis preſtas effe-
ctum: prebe ſupplicantibus
piū benignus auxiliū. p. Sac.
Annue nobis miſericors de
us: vt hoſtias placationis ⁊
laudis ſyncero tibi ďferamus
obſequio. Per. Poſt cō.
Celeſtis doni benedictione

perceptа ſupplices te deꝰ om nipotẽs deprecamur: vt hoc idẽ nobis ⁊ ſacramẽti cauſa ſit ⁊ ſalutis. Per dominũ.

Super populum. Oratio.

Adeſto ſupplicationibꝰ noſtris omnipotẽs deus: ⁊ quibus fiduciã ſperãde pietatis indulges: cõſuete miſericordie tribue benignꝰ effectuз. Per.

¶ Feria quinta. Orõ.

Preſta queſumus omnipotẽs deꝰ: vt dignitas cõditionis humane ꝑ immoderãtiam ſauciata: medicinalis parſimonie ſtudio reformetur. Per. Sacra.

Domine deus noſter: q̃ in his potiꝰ creaturis quas ad fragilitatis noſtre ſubſidium cõdidiſti: tuo quoqꝫ noĩ mũera iuſſiſti dicãda cõſtitui: tribue queſumꝰ: vt ⁊ vite nobis preſentis auxiliuз: ⁊ eternitatis efficiant ſacramentum. Per dominũ. Poſt cõ.

Quod ore ſumpſimus dñe pura mẽte capiamꝰ: ⁊ de munere temporali fiat nobis remedium ſempiternũ. Per.

Super populum. Oratio.

Eſto queſumus domine ꝓpitius plebi tue: vt q̃ tibi nõ placẽt reſpuens: tuorum potius repleatur delectationibus mandatorũ. Per dñm.

¶ Feria ſexta. Oratio.

Cordibus noſtris q̃ſumus domine auxilium gratie tue benignꝰ infunde: vt peccata noſtra caſtigatione volũtaria cohibentes: corporaliter potiꝰ maceremur: quaз ſupplicijs deputemur eternis. Per dñm. Sacra.

Preſta nobis miſericors dꝰ vt digne tuis ſemper ſeruire altaribus mereamur: et eorꝫ perpetua participatione ſaluari. Per. Poſt cõmu.

Sumpti ſacrificij dñe ꝑpetua nos tuitio nõ dereliquat ⁊ noxia ſemper a nobis cuncta depellat. Per dominũ.

Super populum. Oratio.

Cõcede queſumꝰ omnipotẽs deus: vt qui protectionis tue gratiaз querimꝰ: liberati a malis omnibus ſecura tibi mẽte ſeruiamꝰ. Per dñз:

¶ Sabbato. Oratio.

Proficiat q̃ſumus domine plebs tibi dicata pie deuotionis affectu: vt ſacris actionibus erudita: quanto maieſtati tue ſit gratior: tanto donis potioribus augeatur. Per. Sacra.

A cũctis nos domine que-ſum⁹ reatib⁹ ꝛ periculis ꝓ-piciatus abſolue: quos tanti myſterij tribuis eſſe partici-pes. Per dñm. Poſt com.
Diuini ſatiati muneris lar-gitate q̃ſumus domine deus noſter: vt hui⁹ ſemper parti-cipatione viuam⁹. Per dñz.
Super populum. Oratio.
Tueat quesumus dñe dex-tera tua populũ tuũ depꝛecã-tẽ: ꝛ purificatũ dignãter eru-diat: vt cõſolatione p̃ſenti ad futura bona pꝛoficiat. Per.

¶ Dominica in ramis palmarum. Oratio.

OMnipotens ſempiter-ne deus: qui humano generi ad imitandũ humili-tatis exẽplũ: ſaluatoꝛez nr̃m carnẽ ſumere ꝛ crucẽ ſubire feciſti: cõcede ꝓpiti⁹: vt ꝛ pa-tiẽtie ipſi⁹ habere documen-ta: ꝛ reſurrectionis cõſoꝛtia mereamur. per eũ. Sacra.
Cõcede queſumus dñe: vt oculis tue maieſtatis mun⁹ oblatũ: ꝛ gratiam nobis de-uotionis obtineat: ꝛ effectũ beate perẽnitatis acquirat. Per dominum. Poſt cõ.
Per huius opationẽ myſte-rij: ꝛ vitia nr̃a purgentur: ꝛ iuſta deſideria cõpleant. p.

¶ Feria ſecunda. Oratio.

DA queſumus omnipo-tẽs deus: vt qui in tot aduerſis ex noſtra infirmita-te deficim⁹: intercedẽte vni-geniti filij tui paſſione reſpi-remus. per dñm. Sacra.
Hec ſacrificia nos omnipo-tẽs de⁹: potẽti virtute emun-datos: ad ſui faciant purio-res venire pꝛincipiuz. Per dominũ noſtrũ. Poſt cõ.
Pꝛebeant nobis domine di-uinũ tua ſancta feruoꝛẽ: quo eoꝛum pariter ꝛ actu delecte-mur ꝛ fructu. per dominum.

¶ Super populũ. Oratio.

Adiuua nos deus ſalutaris noſter: ꝛ ad beneficia recolẽ-da quibus nos inſtaurare di-gnat⁹ es: tribue venire gau-dẽtes. p.

¶ Feria. iij. Orõ

OMnipotens ſempiter-ne de⁹: da nobis ita do-minice paſſionis ſacramẽta peragere: vt idulgẽtiã perci-pere mereamur. p. Sacra.
Sacrificia nos queſumus dñe pꝛopẽſius iſta reſtaurẽt: que medicinalibus ſunt in-ſtituta ieiunijs. Per domi-num noſtrũ. Poſt cõ.
Sanctificationib⁹ tuis om

nipotens deꝰ: ⁊ vitia noſtra
curent᷑: ⁊ remedia nobis ſē-
piterna ꝓueniāt. Per dn̄m.
Super populum. Oratio.
Tua nos miſericordia deꝰ:
⁊ ab omni ſurreptione vetu-
ſtatis expurget: ⁊ capaces ſā
cte nouitatis efficiat. Per.
¶ Feria quarta. Oratio.
Preſta queſumus om-
nipotēs deꝰ: vt qui no
ſtris exceſſibꝰ inceſſanter af-
fligimur: ꝑ vnigeniti tui paſ
ſionē liberemur. Qui. t. orō.
Deꝰ: qui ꝓ nobis filiū tuū:
crucis patibulū ſubire volui
ſti: vt inimici: a nobis expel-
leres poteſtatē: cōcede nobis
famulis tuis: vt reſurrectio-
nis grāʒ ꝯſeq̄mur. ꝑ. Sacra.
Purifica nos miſericors de
us: vt eccleſie tue preces: q̄ ti
bi grate ſunt: pia munera de
ferētes: fiāt expiatis mētibꝰ
gratiores. Per. Poſt cō.
Largire ſenſibꝰ noſtris om
nipotēs deꝰ: vt per tēporalē
filij tui mortē: quā myſteria
venerāda teſtant᷑: vitā nobis
te ꝺdiſſe cōfidamꝰ. Per eū.
Super populum. Oratio.
Reſpice q̄ſumꝰ domine: ſu-
per hāc familiam tuam: pro
qua: dominus noſter ieſus
xp̄s non dubitauit manibus
tradi nocentium: ⁊ crucis ſu
bire tormentuʒ. Qui tecum
viuit ⁊ regnat.
¶ Feria quinta in cena dn̄i.
Benedictio ignis. Oratio.
Deus q̄ filiū tuū: angu
lareʒ ſcilicet lapidem:
charitatis ignem fidelibus
tuis contuliſti: productuʒ ex
ſilice nr̄is ꝓ futurum vſibus
nouū hunc ignē ſanctifica: ⁊
cōcede nobis: ita ꝑ hec feſta
paſchalia: celeſtibꝰ deſideri-
js inflāmari: vt ad perpetue
claritatis puris mētibus va-
leamꝰ feſta ꝑtingere. Per.
Benedictio incenſi. Orō.
Queſumꝰ omnipotens
deꝰ abraaʒ. deꝰ iſaac.
deꝰ iacob. imitte in hāc crea
turā incēſi/ viui odoris tui ef
ficaciā: vt ſit ſeruulis tuis vl'
ancillis munimētū/ tutelaq̄
defenſionis/ ne intret hoſtis
in viſcera eorū/ neq̄ additū
poſſit habere vl' ſedē. ꝑ. orō.
Deus/ a quo ⁊ iudas reatus
ſui penā/ ⁊ cōfeſſionis ſue la-
tro p̄miū/ ſūpſit/ ꝯcede nobis
tue ꝓpitiationis effectuʒ/ vt
ſicut in paſſiōe ſua/ ieſus xp̄s
dn̄s noſter/ diuerſa vtriſq̄ in
tulit ſtipendia meritoruʒ/ ita

nobis ablato vetuſtatis erro
re: reſurrectionis ſue grãm
largiatur. Qui tecũ. Sacra.
Ipſe tibi domine ſancte pa
ter omnipotẽs de⁹: ſacrifici
um noſtrũ reddat acceptũ:
qui diſcipulis ſuis: in ſui cõ-
memorationẽ: hoc fieri ho-
dierna traditione monſtra-
uit: ieſus chriſt⁹ domin⁹ nr̃.
Qui tecum. Poſt cõmu.
Refecti vitalib⁹ alimẽtis q̃-
ſumus domine deus noſter:
vt quod tempore noſtre mor
talitatis exequimur: immor
talitatis tue munere conſe-
quamur. Per dominum.
¶ Feria ſexta. Oratio.
Oremus dilectiſſimi no
bis: in primis pro eccle
ſia ſancta dei: vt eam deus ⁊
dñs nr̃ pacificare: adunare:
⁊ cuſtodire dignetur: toto or
be terrarũ/ſubijciẽs ei prĩci-
patus ⁊ poteſtates: detq; no
bis tranquillã ⁊ quietam vi-
tam degentibus: glorificare
deum ⁊ patrem omnipoten-
tem. Oratio.
Omnipotẽs ſempiterne de-
us: qui gloriam tuam: omni
bus in chriſto gẽtibus reue-
laſti: cuſtodi oꝑa miſericor-
die tue: vt eccleſia tua toto
orbe diffuſa: ſtabili fide in cõ
feſſiõe tui nominis perſeue-
ret. Per eundem. Oratio.
Orem⁹ ⁊ ꝓ beatiſſimo papa
noſtro. N. vt deus ⁊ domin⁹
noſter: qui elegit eum in or-
dinem epiſcopatus: ſaluum
atq; incolumen cuſtodiat ec-
cleſie ſue ſancte: ad regendũ
populum ſanctũ dei. Orõ.
Omnipotẽs ſempiterne de⁹:
cuius iudicio vniuerſa fun-
dant̃: reſpice ꝓpitius ad pre-
ces noſtras: ⁊ electum nobis
antiſtitem tua pietate cõſer-
ua: vt chriſtiana plebs que te
gubernat̃ auctore: ſub tanto
põtifice credulitatis ſue me-
ritis augeatur. Per. Orõ.
Oremus ⁊ pro omnibus epi
ſcopis: ⁊ preſbyteris: diaco-
nib⁹: ⁊ ſubdiaconib⁹: accoly
tis/exorciſtis/lectoribus/oſti
arijs/cõfeſſorib⁹/virginibus
viduis: ⁊ pro omni populo
ſancto dei. Oratio.
Omnipotẽs ſempiterne de-
us: cuius ſpiritu/totum cor-
pus eccleſie ſctificat̃ ⁊ regit̃:
exaudi nos ꝓ vniuerſis ordi-
nibus ſupplicãtes: vt gratie
tue munere: ab omnibus ti-
bi gradibus fideliter ſeruia-
tur. Per eundem. Orõ.

Oremus ⁊ pro xp̄ianiſſimo
rege nr̄o. R. vt de⁹ ⁊ dn̄s nr̄:
ſubditas illi faciat oēs bar=
baras nationes: ad noſtrā ꝑ=
petuam pacem. Per. Orō.
Omnipotēs ſempiterne de=
us: in cuius manu ſunt omni
um poteſtates: ⁊ omnium iu
ra regnorū: reſpice ad xp̄ia=
num benign⁹ imperium: vt
gentes que in ſua feritate cō
fidunt: potētie tue dxtera cō=
primantur. Per. Oratio.
Oremus ⁊ ꝓ cathecuminis
noſtris: vt deus ⁊ dominus
noſter: adaperiat aures p̄cor
diorum ipſorum: ianuamq̄
miſericordie: vt per lauacrū
regeneratiōis accepta remiſ
ſione: omniū peccatorum: ⁊
ipſi inueniantur in chriſto ie
ſu domino noſtro. Oratio.
Omnipotēs ſempiterne de=
us: qui eccleſiam tuaz noua
ſemper prole fecundas: auge
fidem ⁊ ītellectū cathecumi=
nis noſtris: vt renati fōte ba
ptiſmatis adoptiōis tue filiis:
aggregentur. Per. Orō.
Oremus dilectiſſimi nobis:
deuz patrem omnipotētem:
vt cūctis mūdū purget erro=
ribus: morbos auferat: fa=
mē dpellat: aperiat carceres
vincula diſſoluat: peregrinā
tibus reditum: infirmantib⁹
ſanitatē: nauigātibus portū
ſalutis indulgeat. p. Orō.
Omnipotēs ſempiterne de=
us: meſtorum cōſolatio: labo
rantium fortitudo: ꝑueniāt
ad te preces de q̄cunq̄ tribu
latiōe clamantiū: vt omnes:
ſibi in neceſſitatib⁹ ſuis miſe
ricordiaz tuam gaudeant af=
fuiſſe. Per dn̄m. Oratio.
Oremus ⁊ ꝓ hereticis ⁊ ſciſ
maticis: vt de⁹ ac dominus
noſter eruat eos ab errorib⁹
vniuerſis ⁊ ad ſanctam ma=
trem eccleſiam catholicā at=
q̄ apoſtolicā reuocare digne
tur. Oratio.
Omnipotēs ſempiterne de=
us: qui ſaluas omnes ⁊ nemi
nē vis perire: reſpice ad ani=
mas diabolica fraude dece=
ptas: vt oī heretica prauitate
dpoſita: errātium corda reſi=
piſcant: ⁊ ad veritatis tue re=
deant vnitatem. Per. Orō.
Orem⁹ ⁊ pro perfidis iude=
is/ vt deus ⁊ dn̄s noſter aufe
rat velamen de cordib⁹ eorū/
vt ⁊ ipſi agnoſcāt ieſum chri=
ſtum dominum noſtrum.
Omnipotēs ſempiterne de=
us/ qui etiā iudaicā ꝑfidiā a

tua miſericordia nõ repellis: exaudi p̄ces noſtras: quas p̄ illius populi obcecatiõe d̄ferim⁹: vt agnita veritatis tue luce/ que chriſtus eſt: a ſuis tenebris eruat̃. p. Oratio.

Oremus ⁊ pro paganis: vt deus omnipotẽs auferat iniquitatem a cordibus eoꝝ: ⁊ relictis idolis ſuis cõuertã tur ad deū viuum ⁊ verum: ⁊ vnicum filium eius ieſum xp̄m deum ⁊ dominum noſtrum: cũ quo viuit ⁊ regnat cum ſpiritu ſancto deus. per omnia ſecula ſeculorum.

Omnipotẽs ſempiterne deus: qui nõ mortẽ peccatorũ: ſed vitã ſemper inquiris: ſuſcipe ꝓpiti⁹ orationẽ noſtrã: ⁊ libera eos ab idolorũ cultura: ⁊ aggrega eccleſie tue ſãcte: ad laudem ⁊ gloriam nominis tui. Per dñm noſtrũ.

¶ Ad adorãdã crucẽ. Orõ.

Tuam crucẽ adoro domine ieſu chriſte: tuã venerandã recolo paſſionē: miſerere mei q̄ paſſus es p̄ me. O crux glorioſa. o crux venerãda. o crux adorãda. o lignū precioſum ⁊ admirabile ſignũ per quod ⁊ diabolus eſt vict⁹: ⁊ mundus redẽptus. Adoro te. benedico te. confido in te. diligo te totamente pro amore dñi mei ieſu chriſti qui in te paſſus eſt p̄ me. O mea ſaluatio ſalua me. o mea ereptio eripe me. o liberatio libera me. p̄ tuā ſanctã crucẽ ſalua me chriſte ſaluator: qui mortem meam moriendo deſtruxiſti: ⁊ vitā reſurgendo reparaſti: miſerere mei ieſu benigne: q̄ naſci. pati. mori atq̧ reſurgere dignatus es pro me. Qui viuis ⁊ regnas. Oratio.

Domine ieſu xp̄e: adoro te in cruce aſcendẽtẽ: ⁊ coronã ſpineã in capite portãtem: deprecor te vt ipſa crux liberet me ab anguſtia: vel de angelo percutiẽte. Orõ

Domine ieſu xp̄e: adoro te in cruce vulneratum: felle ⁊ aceto potatum: deprecor te: vt tua vulnera ſint remediū anime mee. Oratio.

Dñe ieſu xp̄e adoro te in ſepulchro poſitũ: myrrha ⁊ aromatib⁹ ꝯditũ: deprecor te vt tua mors ſit vita mea. Orõ.

Domine ieſu chriſte: adoro te deſcendentẽ ad inferos liberantẽ captiuos: deprecor te: vt nõ me dimittas introi-

re in infernū. Oratio.
Domine ieſu chriſte: adoro te aſcēdentē in celū: ſedentē ad dexterā dei patris: deprecor te miſerere mei. Oratio.
Dn̄e ieſu xp̄e: adoro te venturuz in iudicio: deprecor te: vt in tuo aduētu nō itres cū me peccatore in iudiciū: ſed deprecor te: vt ante dimittas ꝙ iudices. Qui viuis. Oro.
Crux eſt chriſtianorū ſpes: crux mortuoruz reſurrectio: crux cecoꝝ lux: crux cōuerſorum via: crux claudoruz via ⁊ baculus: crux pauperū cōſolatio: crux via fideliū: crux humilium inuitatio: crux eſt ſuperboruz directio: crux victoria chriſti. crux ſancta: q̄ pepēdit in te ſaluet nos ⁊ defendat ⁊ protegat. Amen.

Sabbato in vigilia reſurrectiōis dn̄i. Benedictio ignis. Oro.

Deus: qui moyſi famulo tuo in ſpecie ignis rubro ardēte apparuiſti: q̄ꝗ etiā ſpūm ſanctum tuū: ꝑ ieſum chriſtuz filium tuuz dominum noſtruz de celis promiſſuz ſuper apoſtolos igneis liguis deſcēdere feciſti: nobis quoꝗ famulis tuis charitatis ignem tribuere digna re: ⁊ hūc nouū ignem de lapide productuz noſtris vſibus ꝓfuturuz ſanctifica: ⁊ concede nobis: ita ꝑ hec feſta paſchalia celeſtib⁹ deſiderijs inflammari: vt ad perpetua feſta purgatis mētib⁹ pertigere valeamus. Per eundem.

Benedictio incenſi. Oro.

Veniat queſumus dñe de⁹: ſuꝑ hoc incenſum larga tue benedictionis infuſio: ⁊ hunc nocturnū ſplendorē: inuiſibilis regenerator accende: vt non ſolum ſacrificiū quod in hac nocte litatum eſt: arcana tui luminis admixtiōe refulgeat: ſed quocūꝗ loco ex hui⁹ aliquid ſctificatiōis fuerit myſterio deportatuz: expulſa diabolice fraudis nequitia: virtus tue maieſtatis aſſiſtat. Per.

Benedictio cerei.

Deus q̄ diuitias miſericordie tue in hac precipue nocte largiris: ꝓpitiare vniuerſo ordini ſacerdotalis officij: ⁊ oēs grad⁹ famulat⁹ nr̄i ꝑfecta delictoruz remiſſiōe ſctifica / vt miniſtraturos gratie tue: nulli eſſe obnoxios patiaris offēſe. Oro.

Deus qui mirabiliter creaſti hominē/ et mirabilius redemiſti/ da nobis queſumus contra oblectamēta peccati/ mētis ratione perſiſtere / vt mereamur ad gaudia eterna ꝑuenire. Per dn̄m. Oratio.

Deus cuius antiqua miracula in preſenti quoqꝫ ſeculo coruſcare ſentimus/ p̄ſta queſumus/ vt ſicut priorem populuz ab egyptijs liberaſti/ hoc ad ſalutez gentiū ꝑ aquas baptiſmatis opereris. P. Orō.

Deus qui nos ad celebrādū paſchale ſacramētū vtriuſqꝫ teſtamenti paginis inſtruis/ da nobis intelligere miſericordiā tuā/ vt ex perceptione preſentiū muneruz firma ſit expectatio futurorum. Per dominum nr̄m. Oratio.

Deus qui eccleſiā tuam noua ſemper gentium vocatione multiplicas/ concede ꝓpitius/ vt quos aqua baptiſmatis abluis/ cōtinua protectione tuearis. Per. Oratio.

Concede q̄ſumus omnipotēs deus/ vt qui feſta paſchalia agimus/ celeſtibus deſiderijs accenſi/ fontem vite ſitiamus dominū ieſum chriſtum. Qui viuis. Oratio.

Deus qui hāc ſacratiſſimā noctem/ gloria dn̄ice reſurrectionis illuſtras/ conſerua/ in noua familie tue progenie/ adoptionis ſp̄ūm quez dediſti/ vt corꝑe et mente renouati purā tibi exhibeāt ſeruitutē. Per. in vni. eiuſ. Sacra.

Suſcipe queſumus domine p̄ces populi tui cum oblationibus hoſtiarū/ vt paſchalibus initiata myſterijs / ad eternitatis nobis medelam/ te operāte/ proficiāt. Per dominum noſtrum. Poſt cō.

Sp̄ūm nobis dn̄e tue charitatis infunde/ vt quos ſacramentis paſchalibus ſatiaſti/ tua facias pietate cōcordes. Per. in vnita. eiuſ. Orō.

Aufer a nobis domine cunctas iniquitates nr̄as / vt ad ſancta ſanctorū puris mereamur mentibus introire. Per. chriſtum dominum. Orō.

Suſcipe ſācta trinitas hāc oblationem / quā tibi offero ī memoriā paſſionis dn̄i noſtri ieſu xp̄i/ et preſta vt in conſpectu tuo tibi placens aſcendat/ et meā et omnium fideliū ſalutē opereſ eternā. Per.

Benedictio fontis. Orō.

Exaudi nos omnipotēs de

ũs: ⁊ in huius aque ſubſtan-
tiã: tuam immiſce virtutem/
vt abluẽdi: per eam ſanitatẽ
ſimul ⁊ vitam mereant̃ eter
nam. Per. Alia oratio.
Omnipotens ſempiterne de
us: adeſto magne pietatis tue
myſterijs: adeſto ſacramen-
tis: ⁊ ad recreãdos populos
nouos: quos tibi fons baptiſ
matis parturit: ſpiritũ ado-
ptionis emitte. vt qđ nr̃e hu
militatis gerendũ eſt: myſte
rio tue virtutis impleat̃ effe-
ctu. Per dñz. i vnitate eiuſ.

¶ In die reſurrectiõis
domini. Oratio.

DEus qui hodierna die
per vnigenitũ tuũ eter
nitatis nobis additum: deui
cta morte: reſeraſti: vota no-
ſtra: q̃ preueniendo aſpiras
etiã adiuuando proſeq̃re. p.

